

Epistola

Lecti-o Epístolæ be-á-ti Pauli Apóstoli ad Corínthi-os.

FRatres: Sci-tis quóni-am cum gentes essé-tis, ad simulácra muta

pro-ut ducebámini e-úntes. Ide-o notum vobis fáci-o, quod nemo in Spí-

ritu De-i loquens, di-cit anáthema Jesu. Et nemo potest dícere, Dóminus

Jesus, ni-si in Spí-ritu Sancto. Divi-si-ónes vero gra-ti-árum sunt, idem


autem Spí-ritus. Et divi-si-ónes ministra-ti-ónum sunt, idem autem Dó-

minus. Et divi-si-ónes opera-ti-ónum sunt, idem vero De-us, qui operátur


ómni-a in ómnibus. Unicu-íque autem datur mani-festá-ti-o Spí-ritus ad

uti-li-tá-tem. A-li-i quidem per Spí-ritum datur sermo sapi-énti-æ: á-li-i


autem sermo sci-énti-æ secúndum e-úndem Spí-ritum: á-teri fides in e-ó-



dem Spí-ritu: á-li-i grá-ti-a sani-tátum in uno Spí-ritu: á-li-i operá-ti-o



virtútum, á-li-i prophé-ti-a, á-li-i discrét-i-o spi-rítu-um, á-li-i genera



linguárum, á-li-i interpretá-ti-o sermónum. Hæc autem ómni-a operátur



unus atque idem Spí-ritus, dívidens síngu-lis pro-ut vult.